

Plantae rariores Africanae. Quas consensus. experient. facul. med. in reg. acaden. Upsaliensi / praeside viro nobilissimo atque experientissimo. Dn. Doct. Carolo Linnaeo ... ; publico examini submittit Jacob Printz.

Contributors

Printz, Jacob.
Linné, Carl von, 1707-1778.
Salvii, Laurentii.
Uppsala universitet.

Publication/Creation

Holmiae : Literis direct. Laurentii Salvii, [1760?]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jmwn3d62>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

D. D.

PLANTÆ
RARIORES
AFRICANÆ,

QUAS
CONSENS. EXPERIENT. FACULT. MED.
IN REG. ACADEM. UPSALIENSI.

PRÆSIDE

*VIRO NOBILISSIMO ATQUE EXPERIEN-
TISSIMO.*

DN. DOCT. CAROLO
LINNÆO

EQUITE AURATO DE STELLA POLARI

S:RÆ REG. M:TIS ARCHIATRO.

MED. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.

ACAD. UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROL. IMPERIAE.

LONDIN. PARIS. MONSPEL. TOLOS. FORENT.

SOCIO.

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

JACOB PRINTZ

DALEKARLUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJ. DIE DECEMB.

ANNI MDCCLX.

H. A. M. S.

H O L M I Æ,

Literis Direct. LAURENTII SALVII.

Viro Spectatissimo

D: NO J A C O B O
P R I N T Z

Ad Regiam Officinam Monetariam Avesta-
diensem

Camerario Integerrimo.

PARENTI OPTIMO INDULGENTISSIMO.

Tenuem hanc opellam, Plantas in Africa
rariores illustrantem, Tibi, Pater Ca-
risime, omni, qua filium decet, veneratio-
ne offero; cum piis ad Deum præcibus, pro
perenni Tua Matrisque dilectissimæ felicitate
ad extremum vitæ halitum permanurus.

OPTIMI PARENTIS.

Filius obedientissimus
JACOB PRINTZ.



d ultimum sui angulum, ubi orbis se terminare quasi, nec ulterius progredi videtur, naturæ miracula adeo concentrasse putabitur Africa monstrifera, ut vegetabilia magis prodigiosa in hortos suos Botanicos e nulla Telluris parte potuerint introducere curiosi, quam ab ultimo Bonæ spei Promontorio. Plantæ hujus terræ nescio, quam ob causam, difficulter admodum pertransmissa semina in nostris propagantur hortis botanicis; unde factum est, ut tam raro conspiciantur, nisi in hortis Hollandicis, seu in illa natione, quæ Capitis bonæ spei domina, vivas inde plantas transportandi pollet potestate, aliis non facile concedenda. In hortis vero Europæis cultæ tempore Brumali, intra hybernacula, quam maxime florent, atque ideo fructum ad maturitatem non perducunt, sicque non adeo facile ex Hollandia in ceteras Europæ regiones disperguntur.

Atque hæc est ratio, cur plantæ Capenses diutissime fuerint obscuræ Botanicis, utpote qui ex arefactis specimenibus eas non nisi ægre ad genera reducere potuerunt, quibus tamen scientia nostro ævo feliciter est superstructa Botanica.

COLLECTA quidem hæc sunt vegetabilia ab *Heurnio*,
A 2 *Her-*

Hermanno, Oldenlando, Brunio, Hartogio, ut alios taceam, quorum tamen descriptiones non prodierunt, præter earum, quæ Hollandorum illata hortis indigenæ illustraverunt Botanici. Habuit sane magnam horum copiam maximus *Sherbard*, eamque laboriosissimo obtulit *Rajo*, tertio Historiæ ejus plantarum tomo describendam, sed quia ad certa & stabilita genera nondum adsurrexerat hæc scientia, solidi quidquam vix inde colligitur, iconibus præsertim non adjectis; FIGURAS autem vegetabilium Capensium vix habemus præter eas, quæ *Breynio, Hermanno, Petiverio, Commelino, Volkamero, Dillenio & Burmanno* debemus.

Ceterum plantæ capenses huc usque Botanicis dilucide cognitæ in *Flora Capensi* ad 520 circiter species distinctas nuper sunt expositæ: sed 200 species adhuc forte facili colligi possent negotio, si quis ad hanc terram daretur aditus.

Hæc Regio rapidissimis exposita ventis & procellis, tot producit plantas FRUTICOSAS & alpinis textura similes, ut vix hujus generis tanta ullo alio in loco inveniatur copia, quæque maxime in nostris desiderari solet hortis. Plantæ ex his oris tantum SUCCULENTÆ, ut *Mesembryanthema, Crassulæ, Cotyledones, Aloes, Antherica, Tetragonia, Aizoa, Caccalia, Stapeliæ, Euphorbiæ, Gerania, &c.* huc usque præcipuum Hybernaculis nostris dederunt ornamentum; utpote quæ per cauliculos facilius transportari & propagari queunt. Scilicet succulentæ hæ, structura sua admiranda & insolita, spectatorum ita in se pertraxerunt oculos & admirationem, ut his in hybernaculo quopiam non visis, quod præcipuum est ibi desiderari sibi videantur Curiosi. Nuper vero, intra paucos annos ex hac mundi plaga novam quasi coloniam plantarum BULBOSARUM introducta est, quæ floribus elegantissimis hortos curiosorum quasi animavit, ut pote *Gladolis, Antholyzis, Ixiis, Wacendorfiis, Hemanthis, Orpito galis, Hyacinthis, Anthericis, Scillis, Cyanellis &c.* quæ
bulbis

Bulbis suis a patria sua facile transportandis, novis bulbil-
lis per Europam distribui potuerunt.

VARIETATIBUS plantæ Capenses præ ceteris in solo na-
tali ita superbiunt, ut omnem in illis examinandis adhibere
attentionem solertissimus etiam debeat Botanicus, ne in
errorem incidat, Ut plures taceam, nominare sufficiat *O-*
thonnam bulbosam, quæ ordinarie caulem habet herbaceum &
folia ovata integerrima, sed eadem heic reperitur (β) foliis
lanceolatis integerrimis; (γ) foliis lanceolatis dentatis, (δ)
foliis lanceolatis angustissimis (ϵ) foliis sublanceolatis tri-
dentatis (ζ) foliis radicalibus pinnatis; (η) fruticosa & ramo-
sa foliis alternis lanceolatis dentatis; (θ) fruticosa & ra-
mosa apicibus ramorum foliis lanceolatis subsessilibus. Quin
etiam Genera copiosa, huic terræ propriæ, suis sæpe specie-
bus tam arcte inter se coeunt, ut oculatissimo etiam, ne
erret, omni perspicacia sit opus, ut in Leucadendris, Eri-
cis, Gnaphaliis, Mesembryanthemis, Geraniis, Aspalathis &
quæ sunt plures.

Præterea hæc regio, quæ plures habet species planta-
rum, flore composito, in illis etiam, maxime quæ flore sunt
radiato, hoc habet peculiare & notabile, quod RADIIUS in
plerisque *subtus* sit *fusco-cæruleus* ut in *Calendulis*, *Arctotidi-*
bus, *Osteospermis*, *Othonna rigida*, *Gortberiis*, *Arniciis* &c.
quod heic æque est frequens, ac folia *Triplinervia* plantarum
compositarum Americæ septentrionalis, quæ res facem præ-
feret posteris ortum specierum investigaturis.

Quamvis vero plantæ Africanæ ab aliis omnibus tan-
topere abhorreant: EUROPEAS tamen magno numero tam
indigenas, quam hortenses his intermixtas, in collectioni-
bus plantarum capensium vidi, quod illis certe minus vi-
detur mirum, qui perpendunt temperatum hoc clima, In-
dica pariter ac Europea, facile admittere vegetabilia; unde
factum est, ut plurima posteriori hoc ævo jus quasi civita-

itis ad C. B. S. obtinuerint, antea extranea, dum scilicet
 varia plantæ culinares & coronariæ heic fuere confitæ vel
 etiam alio modo cum plantis Europeis allatæ, ut:

Circæa	<i>lutetiana</i>	Tribulus	<i>terrestris</i>
Veronica	<i>serpyllifolia</i>	Potentilla	<i>norvegica</i>
Verbena	<i>hastata</i>	Anemone	<i>coronariæ</i>
Valleriana	<i>officinalis</i>	Ranunculus	<i>acris</i>
			<i>repens</i>
Scabiosa	<i>transylvanica</i>	Lathræa	<i>Clandestina</i>
Sherardia	<i>arvensis</i>	Antirrhinum	<i>chalepense</i>
Asperula	<i>cerulea</i>	Scrophularia	<i>peregrina</i>
Crucianella	<i>spicata</i>	Sida	<i>spinosa</i>
Scoparia	<i>dulcis</i>	Malva	<i>verticillata</i>
Myofotis	<i>arvensis</i>	Genista	<i>juncea</i>
Heliotropium	<i>curasavicum</i>		<i>sagittalis</i>
Campanula	<i>Erinus</i>	Ononis	<i>fruticosa</i>
Hyoscyamus	<i>albus</i>	Vicia	<i>fativa</i>
Nicotiana	<i>fruticosa</i>	Ervum	<i>Ervilia</i>
Sanicula	<i>europa</i>	Lotus	<i>hirsuta</i>
Tordylium	<i>maximum</i>		<i>cretica</i>
	<i>nodosum</i>		<i>angustissima</i>
Coriandrum	<i>fativum</i>	Coronilla	<i>coronata</i>
Smyrnum	<i>aureum</i>		<i>varia</i>
Pimpinella	<i>Anisum</i>		<i>Emerus</i>
Fritillaria	<i>Meleagris</i>	Ornithopus	<i>perpusillus</i>
Epilobium	<i>hirsutum</i>	Medicago	<i>polymorpha</i>
Cassia	<i>Chamecrista</i>		<i>radiata</i>
Ruta	<i>graveolens</i>	Tragopogon	<i>picroides</i>
Leontodon	<i>autumnale</i>	Anacyclus	<i>creticus</i>
Sonchus	<i>oleraceus</i>	Anthemis	<i>altissima</i>
Andryala	<i>integrifolia</i>	Achillea	<i>Ptarmica</i>
	<i>lanata</i>	Bupthalmum	<i>aquaticum</i>
Ageratum	<i>conyzoides</i>		<i>maritimum</i>
Artemisia	<i>vulgaris</i>		<i>spinosum</i>
			Gna-

Gnaphalium	<i>saxatile</i>	Helianthus	<i>multiflorus</i>
Erigeron	<i>tuberosum</i>	Calendula	<i>bortensis</i>
Aster	<i>tradescanti</i>	Poterium	<i>saugvisorba</i>
Chrysanthemum	<i>creticum</i>	Valantia	<i>Cruciata</i>

Confammatissimus Botanicus JOHANNES BURMANNUS, hodie Profesfor Botanices Amsteeledamensis, qui per plantas *Zeylanicas, Africanas, Amboinenses & Americanas* immortalem sibi nominis gloriam apud posteros quamdiu plantæ virent, comparavit; Vir hic amplissimus Capensium plantarum in orbe Botanico perfectissimam possidet collectionem; hanc non Hermannii tantum & Oldenlandi Herbarium Capense tenet, sed etjam per amicos & Gubernatores Capitis Bonæ Spei, omnes, quæ conquiri in illis terris unquam possint, plantas sibi comparandi occasionem habuit optimam. Dignissimus tanto Patre filius. Doct. NICOLAUS LAURENTIUS BURMANNUS, egregio de *Geraniis* opere clarus, paternisque adeo mascule in Botanicis insistens vestigiis, maximum utique subsecuturis diebus promittens incrementum scientiæ Botanicæ, attulerat, quando æstivo hujus anni tempore boreales has salutabat terras, vastissimam Patris collectionem plantarum Capensium, quæ omnia hæc rarissimæ vegetabilia, tam paucis visa, paucioribus vero explorata, considerandi nobis ansam præbuit. Data occasione videndi has rarissimas plantas, non potui non fugitivis oculis & calamo aliquot flosculos notare, quos heic in memoriam optimi Burmanni fisto; Si vero quid nostræ præces apud nobilissimos aurei thesauri capensium possessores valeant, rogamus per sacra Floræ, ne graventur rarissimas suas plantas Capenses iconibus & commentariis illustrare, eadem plane methodo, qua plures antea capenses eorum studio æternitati consecratæ sunt, quo tandem remotissima Flora capensis rite innotescat Botanicis.

1. **HEMIMERIS** *bonæ spei*
Veronica africana, floribus ad genicula pedicellis biuncialibus.
Herm. afr. 783 *Pluk. phyt.* 320 f. 5.
Herba statura *Pedicularis*, *Caules* pedales, prostrati, læves.
Folia inferna terna (superiora ad flores sæpe alterna), petiolata, lanceolata, obtusa, pinnatifida. *Flores* axillares, alterni: *Pedunculo* longo, unifloro; purpurei lineis albescentibus. *Fructificatio* proxima *Veronicæ*, sed *Calyx* 5-partitus.
2. **GLADGOLUS** *alatus* foliis ensiformibus, petalis lateralibus latisimis.
Silyrinchium viperarum *Pluk. phyt.* 124: f. 6.
Bulbus. *Caulis* spithamæus, crassiusculus, inter flores flexuosus. *Folia* ensiformia, striata, lævia, obtusiuscula: floralibus brevioribus distiche digestis. *Corollarum* Galea falcata, angusta. Alæ ejusdem longitudinis, rhombæ, latisimæ. *Labium* inferius tripartitum: foliis ovatis, æqualis longitudinis.
3. **LEUCADENDRON** *hirtum* foliis lanceolatis apice callofis, caule hirsuto, floribus sparsis axillaribus.
Lepidocarpodendrum foliis sericeis brevibus confertissimis, fructu gracili longo. *Boerb. lugdb.* 2. p. 194. f. 194.
Frutex. *Folia* breviter lanceolata, vix pubescentia, conferta, apice callo simplici. *Calyces* glabri: squamis acuminatis, solitarii, axillares foliorum, eorumque longitudine.
4. **SCABIOSA** *rigida* corollis quadrifidis subradiantibus: squamis calycinis obtusis, foliis lanceolatis serratis.
Scabiosa africana frutescens, foliis rigidis splendentibus & serratis, flore albicante. *Comm. hort.* 1. p. 185. f. 93. *Raj. suppl.* 237.
Simillima *Scab. leucanthemæ*. *Caulis* fruticosus, nudus. *Folia* serrata, nuda: inferiora obovata, in petiolis desinentia; reliqua lanceolata, sessilia. Ex alis *Stipula* quasi duæ lineares. *Flos* longe pedunculatus. *Calyx* squamis subrotundis *Corollula* quadrifidæ, extus tomentosæ: *Lacinia* externa paullo majore; unde parum radiatus flos.

5. CHIRONIA *Iasminoides* herbacea, foliis lanceolatis.

Caulis herbaceus, tetragonus, lævis, altus. *Folia* lanceolata, opposita, sessilia, glabra, integerrima, articulis breviora, erecta. *Panicula* terminalis, dichotoma, erecta, pauciflora. *Bractææ* oppositæ, subulatæ. *Calyx* quinque-partitus: foliolis lanceolatis, acuminatis, patentiusculis, longitudine tubi corollæ. *Corolla* magnitudine Tabaci, tubo cylindrico; Limbo quinque-partito, patente, longitudine tubi: Laciniis ovatis, acuminatis. *Filamenta* quinque, filiformia, brevia, tubo insidentia. *Antheræ* oblongæ, apice dehiscens. *Stigma* stylo insidens, capitatum. *Capsula* ovato-oblonga, mucronata, in 2 partes longitudinaliter dehiscens, stylo cœhærens.

6. PHARNACEUM *cordifolium* foliis obcordatis.

Radix fibrosa. *Caules* herbacei, pedales, prostrati, læves, articulati, geniculis nodosis: squamulis membranaceis, congestis. *Rami* alterni. *Folia* plurima, verticillata ad genicula caulis, obcordata, glabra, integerrima, articulis longe breviora. *Racemi* terminales, pedunculati, bipartiti. *Flores* albi, magnitudine Spermogonæ arvensis.

7. DROSERA *cistiflora* caule folioso simplici, foliis lanceolatis. Drosera foliis ad caulem oblongis alternis, flore ampla purpureo. *Burm. afric. 210. t. 75. f. 2.*

Ros folis folio angusto, flore albo, caule folioso. *Raj. suppl. 515.* *Caules* herbacei, simplices, pedales, pubescentes, *Folia* alterna, lanceolata, pilis glutinosiis hispida. *Flores* terminales, 1. 2. f. 3, magni, pedunculati.

8. CRASSULA *Centauroides* caule herbaceo dichotomo, foliis cordatis sessilibus, pedunculis unifloris.

Sedroides africana annua centauroides, *Herm. par. 169.*

Caulis herbaceus, palmaris. *Folia* opposita, amplexicaulia, sessilia, lævia. *Caulis* superne dichothome corymbosus; ex axillis *flores* pedunculati, ramis breviores. Similis *CRASSULÆ dichotomæ*, sed folia latiora, floresque minores.

CRASSULA dichotoma caule erecto dichotomo, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis unifloris.

Sedum africanum annuum, centaurii minoris folio, flore aureo,
Herm. lugdb 550. t. 553. descr.

9. *CRASSULA strigosa* caule erecto, foliis oppositis obovatis strigosis, ramis dichotomis, pedunculis unifloris.

Radix annua. *Caulis* spithameus, herbaceus, subhispidus.

Folia opposita, obovata, obtusa, lineata, integerrima; inferiora sæpe petiolata; *Rami* dichotomi. *Flores* dichotomi (ad apices ramorum plures), pedunculati, uniflori. *Calyces* strigosi. *Petala* ovata, longitudine calycis.

10. *CRASSULA muscosa* foliis oppositis imbricatis ovatis gibbis caulem obtegentibus, floribus sessilibus.

Ficoides africana annua minima muscosa. *Herm. par. 170.*

Caules filiformes, rarius ramosi, tecti *Foliis* minimis, ovatis, oppositis, sessilibus, carnosis, obtusiusculis; in exsiccatis sub foliorum margine ordo punctorum. *Flores* ex alis solitarii, omnium minutissimi, longitudine foliorum.

11. *AMARYLLIS capensis* spatha uniflora remotissima, corolla æquali.

Sifyrrhinchium Corn. canad - - -

Bulbus reticulo obductus. *Folia* Narcissi, longitudine scapi.

Scapus infra medium vaginatus. *Spatha* persistente, acuminata, plana *Petala* lanceolata, basi interiore atra. *Staminum* filamenta brevissima. *Antheræ* erectæ, petalis dimidio breviores. *Germen* inferum. *Stylus* trigonus, longitudine antherarum. *Stigmata* tria.

12. *MELANTHIUM punctatum* petalis punctatis, foliis maculatis.

Caulis simplicissimus, palmaris. *Folia* lanceolata, amplexicaulia, perfoliata s. cucullata s. inferne vaginantia vagina superne dilatata; sunt hæc in caule 4, supremo & infimo minimo. *Racemus* terminalis. *Petala* ovalia, subunguiculata, punctata. *Stamina* receptaculo fere inserta. *Styli* tres.

13. *SEPTAS capensis.*

Sanicula aizoides serpyllifolia minor. *Pluk. mant. 166 t. 330 f. 9.*
Radix

Radix perennis. *Folia* radicalia, quatuor, obtusa, nuda, crenata: duobus inferioribus oppositis, majoribus, sub-petiolatis, sub-rotundis; Duobus superioribus oppositis, ovalibus, sessilibus, angustioribus. *Scapus* filiformis, nudus, longitudine digiti, terminatus *Umbella* simplici: pedunculis 7. 1. 8. filiformibus, unifloris, nudis. *Involucellum* minimum. Ordine naturali Saxifragis & Sedis accedit. *Calyx* 7 partitus. *Petala* 7. *Germina* 7. *Pistilla* 7.

14. ERICA *spumosa* antheris bifidis inclusis, calycibus trifloris inflatis inflexis, foliis ternis lævibus.

Erica africana, - flore rubro pleno. *Seb. mus.* 2. p. 11. t. 9. f. 18. *mala*.

Fruticulus ramulis angustis. *Folia* terna, ovato-oblonga, triquetra, glabra, carina canaliculata. *Flores* terminales, nutantes, sessiles. *Calyces* globosi & singulari modo undati Squamis subrotundis, inflatis, apice carinatis & inflexis, purpurei, continentes *flosculos* tres, flavos, vix calyce longiores. *Stylus* longus.

15. ERICA *halicacaba* antheris bifidis inclusis, corollis maximis, foliis ternis linearibus lævibus.

Frutex altior: *Ramulis* purpurascens, minimis, albo-tomentosis. *Folia* terna, confertissima, lævia, margine scabra.

Pedunculi foliis breviores, subsolitarii. *Calyx* foliolis ovatis, carinatis, coloratis, corolla triplo brevioribus. *Corolla* ovata, pentagona, inflata, magnitudine & facie *Phyfalidis* viscosæ, distinctissima magnitudine, qua omnibus longissime superat. *Stamina* profunde bifida, corolla longe breviora.

16. PASSERINA *capitata* foliis lanceolato-linearibus glabris, floribus capitatis: receptaculis incrassatis.

Thymelææ foliis linearibus alternis, ex uno petiolo copioso. *Burm. afr.* 133 t. 48. f. 3.

Caules fruticosi, compositi. *Rami* virgati, rubri. *Folia* alterna, erecta, linearia, acuminata, basi petiolari alba.

Pedunculi communes ex apice ramorum, turbinati, tomentosi. *Flores* plures, sessiles, albi, tomentosi.

17. ANTIRRHINUM *bicorne* foliis oppositis oblongis serratis, caule erecto, floribus racemosis, capsulis bicornibus.

Linaria foliis copiosis oblongis dentatis, capsula corniculata reflexa. *Burm. afr.* 211. t. 75. f. 3.

Caulis herbaceus, lævis, sesquipedalis, tetragonus, brachiatus.

Folia opposita: inferiora ovato oblonga; superiora lanceolata, glabra, sessilia, profunde & remote serrata. *Racemi* terminales. *Flores* cærulei, fauce lutea, calcaris flore brevioris. *Capsula* ovata, compressa, bifida lobis divaricatis.

18. **BUCHNERA** *Africana* foliis dentatis oppositis, calycibus subtomentosis fructu longioribus

Pedicularis æthiopica, rutæ caninæ aspero & fragili folio. *Pluk. alm.* 283. t. 310. f. 2.

Simillima *Buckn.* asiaticæ; sed *Calyx* major, mollis nec scaber; quadrifidus. *Corolla* alba, statura *Rhinanthi*. Tota planta exsiccata nigra evadit.

19. **SELAGO** *Lychnidea* spica terminali, foliis lanceolatis subpetiolatis serratis obtusiusculis subtomentosis.

Lychnidea villosa, foliis oblongis dentatis, flor. spicatis *Burm. afr.* 13. t. 49. f. 4.

Caulis simplex. *Folia* alterna, ex alis ramulosa. *Spica* longa floribus demum remotis. *Corollæ* extus tomentosæ, colore tristi noctu fragantes. *Stamina* didynama, in fauce ventricosiore tubi corollæ. *Stylus* capitatus.

20. **SELAGO** *rapunculoides* spicis corymbosis, foliis omnibus dentatis.

Rapunculus, foliis angustissimis dentatis, floribus umbellatis. *Burm. afr.* 13. t. 42. f. 1.

Corollæ tubus filiformis; limbus quinquefidus: Lacinio superiore majore; duabus vero inferioribus minoribus. *Stigma* crassiusculum, bifidum. *Calyx* quadrifidus, subulatus.

21. **SELAGO** *cocinea* spicis corymbosis, foliis inferioribus linearibus integerrimis; superioribus lanceolatis subdentatis.

Simillima *Selag. rapunculoidi*, sed *Folia* crassiora, glabra, inferiora minime dentata. *Caules* e radice plures, pedales, simplicissimi. Tota planta exsiccata atra evadit. *Flores* saturatissime purpurei; extrema corollæ lacinia majore.

22. **SELAGO** *tomentosa* foliis obovatis crenatis, caule prostrato, racemis ramosis.

Pluk. phyt. 319. f. 2.

Herba tota tomentosa. *Folia* obovata, crenata, obtusa, tomentosa, opposita. *Racemus* terminalis e racemulis alternis, alterne subramosis. *Flores* angusti, colore tristi. *Stamina* in fauce ventricosiore tubi, didynami. *Stylus* capitatus.

23. **CHEIRANTHUS** *africanus* foliis lanceolatis integerrimis subhirsutis acutis, siliquis compressis, caule herbaceo.

Leucojum africanum, cæruleo flore, latifolium. *Herm. lugdg.* 364. t. 365.

Caulis herbaceus, adpersus pilis rarioribus. *Siliqua* compressæ, læves, terminatæ mucrone longiusculo.

24. **HERMANNIA** *trifurca* foliis lanceolatis integris tridentatis. *Althæa africana* frutescens. *Volk. norib.* 24 t. 24. 2.

Frutex. Folia. incana, vix tomentosa, duriuscula, lanceolata; at inferiora obtusa, tricuspidata. *Flores* in racemo terminali, alterni, dependentes, subsolitarii. *Petala* cærulea, minus cucullata.

Affinis maxime *Herm. alnifoliae*. *Figura Volkameri* ad plantam cultam facta, nostra descriptio a planta in loco natali lecta.

25. **HERMANNIA** *triphylla* foliis ternatis petiolatis.

Caulis herbaceus in ipso specimine. *Sipula* parvæ. *Folia* ternata, plana, obovata. *Petala* longitudine foliorum. *Pedunculi* adhuc longiores, quinqueflori cum bracteis. *Tota* planta pilis raris adpersa. *Diversa* ab *H. trifoliata*.

26. **GERANIUM** *incanum* pedunculis bifloris, calycibus aristatis, petalis integris, pericarpis hirsutis, foliis subdigitatis.

Geranium pedunculis bifloris, foliis multipartitis; laciniis linearibus. *Roy. lugdb.* 331. e. 11. *Burm. Geran.* 26. t. 26.

Geranium africanum tenuifolium robertiani divisuris *Pluk. phyt.* 186. f. 4

Folia *Potentillæ* argenteæ; alia ultra medium 5-fida pennatifida; alia digitata: pinnis linearibus pinnatifidis. *Stipula* trifidæ.

27. **SPARTIUM** *scoparium* foliis superioribus sparsis filiformibus.

Genista africana, pinnati foliis, floribus spicatis luteis. *Raj. dendr.* 105.

Genista foliis *genistæ hispanicæ*: superioribus junceis. *Herm. afr.* II, *Rami* a foliis deciduis scabri. *Folia* filiformia, digitali longitudine, confertissima & fere verticillatim nata. *Racemi* terminales. *Flores* lutei.

28. **SPATIUM** *capense* ramis lateraribus alternis, foliis alternis lanceolatis.

Genista foliis *genistæ tinctoriæ* majoribus. *Herm. afr.* II.

Frutex Ramis lævibus, alternis. *Folia* *genistæ tinctoriæ* s. *Linariæ* confertiora. *Flores* aliquot ad summos ramulos foliosos.

29. **BORBONIA** *ericifolia* foliis sublinearibus acutis, subtus villosis, capitulis terminalibus.

Genista Africana, *ericæ* folio, floribus parvis luteis, in capitula congestis. *Raj. suppl.* 105.

Frutex parvus, subvillosus. *Folia* alterna, parva, ovato linearia, enervia, supra glabra, subtus villosa, margine revoluta. *Capitula* terminalia, sessilia, Floribus parvis.

30. **ASPALATHUS** *capitata* foliis fasciculatis linearibus acutis, floribus capitatis, bracteis nudis.

Convenit cum *A. chenopoda* foliis fasciculatis; subpilosis, caule piloso; capitulo terminali *Differt* ab eadem foliis magis incurvis acutis, at non pungentibus, Capitulisque nudis, nec hirsutis. *Florum* Carina arcuata, longitudine vexilli.

31. **ASPALATHUS** *quinquefolia* foliis quinis sessilibus, pedunculis spicatis.

Cytisus, angustis parvis acutioribus & incanis foliis, æthiopica, floribus fulva lanugine hirsutis. *Pluk. alm.* 128. t. 273. f. 4.

Frutex. *Folia* quina, sessilia: foliolis lanceolatis, petiolatis, subpilosis, mucronatis; lateralibus paulo brevioribus. *Pedunculi* foliis multoties longiores, racemoso-spicati. *Corollæ* supra tomentosæ.

32. **ASPALATHUS** *pinnata* foliis pinnato-quinatis obcordatis, pedunculis capitatis.

Frutex

Frutex affinis *Aspalatho* quinque folio. *Folia* petiolis brevissimis pinnata: foliolis quinque, approximatis, obcordatis, subpilosis, subtus tomentosis. *Pedunculus* foliis longior. *Spica* subrotunda. *Corollæ* extus subtomentosæ.

33. *CYTISUS psoraloides* spicis pubescentibus, ramis angulatis, foliolis laceolatis, caule sufruticoso.

Pluk. phyt. 320. f. 3.

Frutex pedalis: Ramis angulatis, sæpe canescentibus. *Stipulae* subulatæ. *Folia* ternata, petiolata: Foliola omnia sessilia, lanceolata, nudiuscula. *Spicae* pedunculatæ, erectæ, calycibus pubescentibus, floribus arcte reflexis. *Fructus* nobis ignotus

34. *PSORALEA apylla* foliis ovatis sessilibus adpressis acutis.

Genista spartium cæruleum Cap b. spei *Breyn. cent. t. 25.*

Frutex totus non habet alia *Folia* quam *Stipulas* alternas, evatas, acutas, arcte cauli adpressas. *Flores* cærulei, ad apices ramorum alterni, solitarii, brevissime pedunculati, gluma bivalvi ut in *Psoralea* aculeata.

35. *PSORALEA hirta* foliis ternatis, floribus ternatis sessilibus.

Frutex ramis hirtis rigidis. *Folia* ternata, petiolata: Foliolis subpetiolatis, obovatis, subpubescentibus, mucrone reflexo. *Flores* terni, sessiles, in apicibus ramorum rigidorum, sæpe triplici in loco, violacei. *Calyces* hirsutiusculi.

36. *PSORALEA prostrata* foliis supradecompositis digitatis linearibus.

Planta a reliquis habitu recedens & singularis. *Caules* decumbentes, filiformes. *Stipulae* erectæ. *Folia* digitata: intermedio trifido; partialibus pinnatis foliolis linearibus. *Pedunculi* axillares, racemo subrotundo. *Flores* lutei.

37. *INDIGOFERA trifoliata* foliis ternatis, racemis elongatis, leguminibus cernuis.

Caulis herbaceus. *Folia* alterna, remota, petiolata, ternata: foliola sessilia, æqualia, lineari-lanceolata. *Stipulae* subulatæ. *Racemi* longi, flexiles. *Flores* violacei. *Legumina* Indigi. tinctoriæ.

38. *CROTALARIA perforata* foliis petiolatis ovatis margine scabris.
Caulie

Caulis lævis, *Ramis* alternis. *Folia* perfoliata, ovata, glabra, venosa, margine scabra s. denticulata, vix pollicaria. *Flores* parvi, ex summis alis, pedunculo bidoro. *Legumina* compressa, glabra, non pedicellata, acuta.

39. CROTALARIA *amplexicaulis* foliis caulinis amplexicaulibus cordatis alternis, floribus oppositis reniformibus.

Genista perfoliata, orbiculatis foliis. *Seb. mus.* I. I. 24. f. 5.

Frutex glaber. *Folia* amplexicaulia, cordata, glabra. *Rami* floriferi dichotomi: foliis oppositis, reniformibus s. orbiculato-cordatis, sessilibus. *Flores* e dichotomia, solitarii, pedunculati, lutei.

40. CROTALARIA *imbricata* foliis simplicibus ovatis acutis villosis subsessilibus, floribus subsessilibus.

Frutex nodis a casu foliorum verrucosus. *Folia* conferta, subimbricata, subsessilia, simplicia, ovata, acuta, tomentoso-villosa, sericea, parva, extipulata. *Flores* subsessiles, solitarii, purpurei.

41. ONONIS *capensis* racemis pedunculatis longis, foliis ternatis suborbiculatis.

Herba pubescens. *Stipulae* subcordatae. *Petioli* foliolis longiores. *Folia* ternata: foliolis petiolatis, apice mucronatis, suborbiculatis: intermedio longius petiolato; magisque retuso. *Racemi* axillares, solitarii, simplices, foliis duplo longiores. *Floribus* circiter 6, alternis. *Corollae* flavæ, purpurascenti-violaceæ.

42. ONONIS *cernua* spicis sessilibus, leguminibus nutantibus pilosis linearibus.

Lotus africana annua hirsuta, floribus luteis. *Comm. hort.* 2. p. 163. t. 82.

Caulis diffusi, teretes, pilosi. *Folia* alterna, petiolata, pubescens: foliolis oblongis, obtusis, sessilibus. *Spicae* terminales, sessiles, floribus remotis luteis. *Legumina* longa, compressa, pilosa, nutantia, parum versus suturam dorsalem recurvata.

43. LUPINUS *integrifolius* calycibus alternis appendiculatis, foliis simplicibus oblongis villosis.

Caulis herbaceus, villosus. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata-

to-ovata t. ovali-oblonga, integerrima, acuta, utrinque valde villosa. *Racemi* simplices, erecti, uti *Calyces* villosi; *Calycis* labium superius bifidum, integrum. *Corollæ* cæruleæ.

44. **DOLICHOS** *capensis* caule volubili, pedunculis subbifloris, legum. ellipticis compressis, foliis glabris.

Phaseolus africanus luteus, siliquis brevibus depressis. *Herm. afric.* 17.

Caulis filiformis vel paulo crassior, angulatus, lævis, volubilis. *Stipule* ovatæ, acutæ, striatæ, minimæ. *Folia* ternata, petiolata: *Foliolis* ovato-oblongis, acuminatis, glabris, venosis. *Pedunculi* longi, apice subbiflori. *Legumina* ovalia, utrinque acuta, futura dorsali rectiore, glabra, compressa. *Semina* sæpius duo.

45. **HIERCIIUM** *capense* foliis oblongis dentatis scabris, caule nudo multifloro, pedunculis serioribus altioribus.

Herba *Folia* ovalia s. oblonga, obtusa, scabra, ferrato-dentata. *Scapus* pedalis, lævis, adpersus foliolis aliquot alternis, subulatis, minimis. *Flos* terminalis; ex alis foliorum *Pedunculi laterales* primo altiores & ex horum pedunculis alii laterales peduncelli adhuc altiores.

46. **CARLINA** *attractydois* caule subramoso, calycibus spinis ciliatis.

Carlina polycephalos, polyachanthæ vulgari similis, æthiopica *Pluk. alm.* 86. t. 273. f. 4. mala.

Statura *Atractylidis*. *Caulis* parum ramosus, albo villosus. *Folia* *Cardui*, angusta, spinosa. *Calyces* in pedunculis brevissimis, imbricati, echinati & spinis ciliati. *Corollæ* flavæ. *Semina* margine coronata. *Receptaculum* paleaceum.

47. **BIDENS** *tenellus* seminibus erectis, calycibus subtetraphyllis, foliis linearibus, pedunculis capillaribus.

Caulis annuus, filiformis, purpurascens, subtrichotomus, spithamæus. *Folia* opposita s. terna, linearia, integra, scabra. *Pedunculi* terminales, capillares, nudi, uniflori. *Calyx* oblongus sæpius foliolis 4 lanceolatis. *Flosculi* sæpius 5. *Semina* aristæ læviusculæ.

48. **PTEROPHORA** *campborata*.

C

Peropho-

- Pterophora camphorata*, foliis ad margines pilosis. *Vaill. Art.* 375.
Frutex ramis scabris. *Folia* sparsa, linearia, acuta, basi ciliata.
Calyces terminales foliolis margine scabris. *Corollæ* luteæ, discoidæ. *Pappus* seminum subplumosus. *Receptaculum* setosum, paleis multipartitis.
49. **CHRYSOCOMA** *oppositifolia* foliis oppositis obovatis, floribus fasciculatis pedunculatis.
Cyanus arborefcens minor, foliis majoranæ. *Breyn. prodr.* 3. t. 17. f. 2.
Frutex Ramis brachiatis, distortis. *Folia* opposita, subpetiolata, subtomentosa, obovata, obtusissima. *Flores* lutei, terminales, congesti, pedunculati. *Calyces* cylindrici, imbricati, obtusi, corolla breviores.
50. **SANTOLINA** *capitata* floribus terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis hirsutis
Crysanthemum conyzoides æthiopicum, capitulo aphylo, foliis majoranæ. *Breyn. cent.* t. 78.
Folia ovata s. lanceolata, confertius alterna; vel tota pilosa, l. basi tantum pilosa. *Flores* sessiles, terminales, 1, 2. s. 3. *Fru-ctificatio* ut in Santolina trifurcata vel crithmifolia.
51. **SANTOLINA** *levigata* corymbo composito, foliis ovatis amplexicaulibus subdentatis recurvis.
Planta similis Sant. squarrosæ, sed *corymbi* compositi, terminales. *Flores* majores. *Folia* basi latiora.
52. **SANTOLINA** *squarrosa* foliis ovalibus mucronatis recurvatis.
Fruticulus determinate ramosus, inæqualis. *Folia* alterna, sessilia, ovalia, mucronata, glabra, recurvata. *Pedunculi* ex alis foliorum, solitarii, uniflori, foliis longiores. *Calyces* oblongi, imbricati, læves: squamis intimis linearibus, membranaceis, patentibus. *Flosculi* æquales, hermaphroditi. *Paleæ* lineares, longitudine flosculorum. *Semina* pappo brevissimo coronata.
53. **GNAPHALIUM** *arborefcens* foliis linearibus acutis nudis subtus tomentosis, floribus subcapitatis, caule arboreo.
Frutex humanæ altitudinis, determinate ramosus. *Folia* Rosmarini, conferta, sessilia, stricta, linearia, acuta, nuda, margine

gine revoluta, subtus uti rami, tomentosa, foliis minoribus alternis remotis. *Corymbus* adeo confertus ut capitatus adpareat. *Calyces* albi, cinereo-villosi.

54. GNAPHALIUM *ferratum* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis denticulatis supra nudis.

Gnaphalium folio oblongo acuto molli, floribus ferrugineis. *Burm. afric. 214. t. 76. f. 3. Bregn. prodr. 3. t. 18. f. 2.*

Planta suffruticosa. *Flores* aurei.

55. GNAPHALIUM *stellatum* foliis villosis, calycibus extus incarnatis, intus niveis acutis.

Gnaphalium tomentosum. *Burm. afric. t. 80. f. 1.*

Herba. *Caules* plures, semipedales. *Flores* glomerati. *Calyces* glabri: foliolis numerosis (ut flos quasi plenus videatur), ovatis, acutis, incarnatis, intus albisimis, acutis.

56. GNAPHALIUM *nudifolium* foliis lanceolatis nudis trinerviis reticulato venosis.

Chrysocoma æthiopica, plantaginis folio. *Breyn. cent. t. 71.*

Folia radicalia, lanceolato-ovata, trinervia, minime tomentosa, sed nuda, venis reticulata, margine scabra. *Caulis* simplex, pedalis, superne aphyllus. *Flores* lutei, in corymbos compositos digesti.

57. GNAPHALIUM *ericoides* caule fruticoso tomentoso, foliis linearibus, calycibus extus nudibus, intus incarnatis.

Planta misera foliis & floribus depauperatis. *Fruticulus* ramis virgatis, rigidis, inæqualibus. *Folia* linearia, remota, minutissima. *Flores* terminales, pauci, subsessiles. *Calyx* exterior rudis ex foliolis cinereo-viridibus, subtomentosis; interior ex squamis glabris, incarnatis, oblongis.

58. GNAPHALIUM *cylindriflorum* foliis oblongis tomentosis, corymbis inæqualibus, calycibus glabris cylindricis sessilibus.

Pluk. phyt. 293. f. 4.

Herba ramosa, diffusa, spithamea, tota tomentosa. *Folia* oblonga, sessilia. *Corymbi* inæquales, plurimi. *Calyces* omnino cylindrici & proportione longiores, quam in reliquis, imbricati

obsolete incarnati f. ferruginei, imbricati squamis æqualibus, ovatis, obtusifusculis.

59. GNAPHALIUM *glomeratum* caulibus ramosissimis diffusis, calycibus subfasciculatis sessilibus: squamis intimis nudis subulatis recurvis.

Statura Gnaphalii uliginosi. *Herba* ramosa, diffusa, spithamæa. tomentosa. *Rami* inæquales. *Folia* lanceolata, vix amplexicaulia. *Calyces* terminales, aliquot, sessiles, tomentosi: squamarum ordine interiore subulato, canaliculato, ferrugineo, recurvo.

60. XERANTHEMUM *canescens* caulibus fruticosis, foliis ovatis nudis, pedunculis squamosis.

Xeranthemum incanum, foliis subrotundis, flore purpureo. *Burm. afr.* 183. t. 68. f. 1.

Frutex *Folia* ovalia s. elliptica, pubescentia, parva confertiora. *Pedunculi* terminales, plures, uniflori. *Flores* magni, albi, extus purpurei.

61. XERANTHEMUM *imbricatum* foliis imbricatis, ovato-subulatis glabris.

Gnaphalium, foliis thymi incanis dense stipatum. *Breyn. prodr.* 3. t. 18. f. 1

Frutex canescens: *Ramis* compositis. *Folia* ovato-lanceolata, alterna, conferta, sessilia & fere imbricata, adpressa, parva. *Flores* terminales, subsolitarii. *Calyces* oblongi s. obovati: squamis acutis, pubescentibus: intimo ordine squamis longioribus, membranaceis, albis, acutis, calyce multo brevioribus. *Pappus* pilosus, apice parum plumosus.

62. SENECIO *persicifolius* corollis nudis, foliis lanceolatis integerrimis basi subdentatis.

Caulis simplex, parum villosus. *Folia* sessilia, lanceolata, acuminata, subtus tomentosa, ad basin utrinque denticulo uno alterove vix conspicua semper notata. *Flores* corymbosi, terminales. *Calyx* calyculatus.

63. SENECIO *virgatus* corollis nudis, foliis lyratis subtus tomentosis, pedunculis unifloris squamis subulatis.

Subfrutescens: *Ramis* tomentosis. *Folia* petiolata, lyrata, subtus tomentosa s. lanata, albaque. *Pedunculi* terminales, uniflori, læves, recti, longi, adpersi foliolis subulatis alternis.

64. *SENECIO umbellatus* corollis radiantibus calyce longioribus, foliis pinnato-dentatis denticulatis: laciniis distantibus.

Caulis simplex, superne ramosus. *Folia* nuda, pinnato-dentata: pinnulis remotis, linearibus, acutis, subdentatis. *Flores* umbellati: *Pedicellis* foliolis subulatis adpersis. *Calyces* læves, quasi coarctati ubi apices patent. *Corollæ* radius luteus, subtus striis rubicundis.

65. *SENECIO pubigerus* corollis radiantibus, petiolis radicalibus lanatis, foliis pinnatifidis, caulibus simplicissimis, floribus lateralibus sessilibus.

Jacobæa spicata monomopatensis. *Breyn cent. 1. 65.*

Species a *Senec. hastata* destinguenda. *Radix* perennis. *Folia* radicalia, glabra, pinnatifida, obtusa, crenata, petiolis basi lana mollissima notatis. *Caules* pedales, simplicissimi: foliis 3. s. 4. semiamplexicaulibus, pinnatifidis, parvis. *Flos* terminalis, luteus; sæpe & laterales sessiles. radius corollæ violaceus, quo a *S. Hastato*, qui radio est luteo, primo intuitu distinguitur.

65. *ASTER crinitus*, foliis ovato-oblongis acutis subtus tomentosis, calycibus squamis pilo terminatis.

Rami rarius subramosi, pubescentes. *Folia* sessilia, ovata, margine scabra, subtus albo-tomentosa. *Calycis* squamæ in crinem fuscum desinentes; *Radius* corollæ violaceus. *Pedunculi* terminales, foliosi, uniflori.

67. *ASTER tenellus* foliis subfiliformibus scabris, pedunculis nudis, calycibus hemisphæricis.

Pluk. phyt. 271. f. 4.

Planta spithamæa, ramosissima. *Folia* linearia, angustissima, sparsa, scabra setis sparsis, brevibus, rigidulis. *Pedunculi* terminales, solitarii, longi, nudi. *Calyx* æqualis, hemisphæricus. *Corollæ* radius cæruleus, disco luteo brevior.

68. *ASTER imbricatus* foliis subimbricatis recurvatis ferrato-ciliatis, caule fruticoso.

Frutex. *Folia* conferta, subimbricata, glabra, parva: inferiora serrata; superiora ciliata. *Flores* terminales, subsessiles, solitarii.

69. **ASTER** *taxifolius* foliis subulatis rectis decurrentibus margine scabris, caule fruticoso.

Caulis fruticosus, compositus. *Folia* alterna, confertiora, decurrentia, linearia margine revoluta, subtus tomentosa, rigida, acuta, recta, ad margines setis brevissimis scabra. *Flores* terminales, sessiles, solitarii.

70. **INULA** *pinifolia* foliis subulato-linearibus triquetris congestissimis, caule fruticoso.

Iacobæa æthiopica, Laricis folio. *Breyn. cent. t. 64.*

Helenium fruticosum afrum, foliis creberrimis pinam æmulantibus. *Vaill. act. 576.*

Frutex virgatus, scaber, facie Laricis. *Folia* confertissima, linearia s. subulata, triquetra, mucronata, glabra. *Flores* subsolitarii, sessiles, terminales, lutei. *Pappus* simplex.

71. **INULA** *aromatica* foliis linearibus integerrimis tomentosis sparsis, caule fruticoso.

Aster frutescens luteus mauritanicus. *Pluk. alm. 58. t. 326. f. 2.*

Caules fruticosi. *Rami* alterni, conferti, simplices. *Folia* alterna, conferta, linearia, (lavendulæ) margine recurva, utrinque tomentosa. *Flores* solitarii, terminales, sessiles. *Calyces* oblongi, imbricati. *Radius* albo-subincarnatus

72. **PERDICIUM** *capense.*

Radix fibrosa. *Folia* radicalia Taraxaci similia, nuda. *Scapi* nudi, uniflori, longitudine foliorum. *Flos* magnitudine Leontodontidis. *Calyx* Scorzonæræ. *Corolla* radiata: corollulæ semibifidæ: labio interiore bipartito; exteriori tripartito. *Pappus* simplex. *Receptaculum* nudum.

73. **ARNICA** *piloselloides* foliis ellipticis integerrimis villosis, scapo unifloro lanato, calyce radium æquante.

Aster æthiopicus pilosellæ facie, tomento copioso. *Raj. suppl. 165. n. 95.*

Folia radicalia, elliptica, Hieracii aurantiaci, integerrima, valde villosa,

villosa, supra viridia, subtus virescentia. *Scapus* uniflorus, aphyllus, foliis duplo longior, superne magis lanatus. *Calyx* supra glaber, longitudine radii corollæ. *Corollæ* radius masculus, purpureus. *Pappus* rufescens.

74. *CALLISIA gnaphalodes*.

Aster æthiopicus, *stæchadis* folio, flore aureo. *Herm. lugdb.* 68 t. 71.

Breyn. prodr. 3. t. 14 f. 3.

Asteropteus luteus, lariois foliis. *Vaill. act.* 585.

Fruticulus facie *Gnaphalii saxatilis*. *Folia* sparsa, linearia, acuta, tomentosa. *Pedunculi* nudi, uniflori, longi. *Calyces* scariosi, lutei uti corolla radiata. *Radius* femineus. *Semina* Hermaphroditorum *Pappo* piloso, 5-seto, longo, intra quem corona paleacea; Femineorum absque pappo exteriori. *Paleæ* tantum flosculos femineos distingunt.

75. *ANTHEMIS, leucantha* suffruticosa, foliis sub lanceolatis, dentatis acutis indivisis.

Asteriscus aser, imo calyce non folioso. *Vaill act.* 506. n. 2.

Caules stricti, simplicissimi, pedales. *Folia* conferta, lanceolata, acuta, indivisa, serraturis utrinque 2 s. 3 argutis. *Flores* terminales, *Leucanthemi*, solitarii, *Disco* luteo, *Radio* albo. *Calycis* squamæ inferiores laxiores.

76. *BUPHTHALMUM capense* calycibus acute foliosis, foliis lanceolato-linearibus recurvis denticulato-ciliatis.

Caulis fruticosus, compositus: *Ramis* adscendentibus, inferne tectis cicatricibus ex emortuis foliis; superne vero foliis virentibus, ortis ad apices ramorum. *Folia* opposita, sessilia, angusta, acuta, canaliculata, recurva, denticulata s. ciliata. *Calyces* terminales, solitarii, sessiles, foliosi, foliolis lanceolatis: caulinis latioribus. *Corollæ* radius longitudine disci. *Semina* squamis coronata.

77. *GORTERIA squarrosa* foliis caulinis subulatis dentato-spinosis recurvatis, floribus terminalibus sessilibus.

Caulis fruticosus *Ramis* simplicioribus. *Folia* conferta, basi adunco subdecurrentia, subulata, integra, utrinque 4 setis spinosis ciliata, apice spinosa, mucronata, reflexa, pollicaria, undique caulem

caulem obvallantia, supra convexa, subtus canaliculata. *Rami* aliquot terminales. *Flores* sessiles, terminales. *Calyx* squamosus foliolis rameis similibus. *Flores* parvi, lutei.

78. OSMITES *camphorina* foliis lanceolatis subserratis.

Frutex. *Folia* sessilia, alterna, conferta, tomentosa, serrata, vix basi. *Flos* terminalis, sessilis. *Calyx* foliosus. *Corollæ* Radius albus, neuter. *Discus* flavus. *Semina* nuda. *Paleæ* apice cærulescentes. *Odor* camphoræ intensissimus.

79. OSMITES *asteriscoides* foliis lanceolatis punctatis, calycibus foliosis.

Leucanthemum fruticosum, foliis crassis *Burm. afr. t. 58. f. 1.*
Seb. mus. I. t. 16. f. 4.

Frutex. *Folia* lanceolata, sparsa, nuda, punctata. *Flores* terminales, sessiles.

OSMITES *Bellidiastrum* foliis linearibus tomentosis, calycibus scariosis.

Anthemis bellidiastrum *Syst. nat. 1223.*

80. OTHONNA *rigens* scapis unifloris, foliis pinnatifidis.

Arctotis ramis decumbentibus, foliis lineari-lanceolatis rigidis subtus argenteis. *Mill. ic. 33. t. 49.*

Arctotis foliis lanceolatis subtus tomentosis integris laciniatisque. *Leyser orig. 6.*

Anemonospermos foliis rigidis tenuiter divisis subtus incanis. *Raj. suppl. 182.*

Caulis decumbentes, suffruticosi, vel plane nulli, *Folia* lanceolata, petiolata, rigida, subtus niveo tomentosa, indivisa alia, alia quinquesido-pinnata, ut in loco natali. *Scapus* e dichotomia vel radice, longus, uniflorus, in medio uno alterove foliolo lineari. *Calyx* 6-fidus, calyculatus, squamis linearibus, longitudine calycis. *Corolla* Radio sterili aureo, basi nigro; Disco luteo. *Semina* pappo longo simplici. *Receptaculum* nudum.

81. OTHONNA *cymbalarifolia* foliis lyratis: impari reniformi dentato; canlinis summis amplexicaulibus lobatis integris.

Radix

Radix bulbo solido. *Caulis* herbaceus, simplex, lævis. *Folia inferiora* petiolis basi amplexicaulibus, lyrata: impari majore reniformi dentato; *Superiora* caulina sessilia, amplexicaulia, cordato-lanceolata, vix dentata. *Pedunculi* floresque terminales, plures. *Calyx* lævis, oblongus: foliolis æqualibus, lanceolatis. *Corollæ* radius purpureus. *VARIETAS* foliis simplicibus trifidis: lobisque trifidis.

82. OTHONNA *linifolia* caule fruticoso, foliis linearibus confertis, pedunculis unifloris.

Caulis fruticosus, compositus, scaber. *Folia* confertissima, linearia, angustissima, viridia. *Pedunculi* solitarii, uniflori, filiformes, foliis longiores. *Flores* parvi, lutei.

83. CALENDULA *fruticosa* foliis obovatis subdentatis, caule fruticoso.

Calendula foliis obverse ovatis denticulatis, caule perenni. *Roy. lugdb.* 531.

Frutex caule erecto, composito. *Folia* alterna, obovata s. oblongiuscula, in petiolos desinentia, aliquot serraturis dentata; inferiora, obtusa. *Pedunculi* terminales, longi, uniflori, subvillosi. *Radius corollæ* luteus, subtus purpureus.

84. ARCTOTIS *paleacea* foliis pinnatis linearibus, flosculis radii sterilibus, paleis flosculos æquantibus.

Aster foliis integris angustis, flore magno luteo. *Burm. afr.* 176. t. 65. f. 1.

Caulis ramosus. *Folia* linearia, filiformia, pinnata: pinnis interstitio longioribus. *Pedunculi* axillares, longi: foliis paucis linearibus, simplicissimis. *Calyx & Corolla* lutea, facie Chrysanthemi. *Radius* simplex sterilis. *Paleæ* longitudine flosculorum, etiam interius ad basin Pappo e receptaculo enato pilosæ.

85. ARCTOTIS *anthemoides* foliis supradecompositis linearibus, paleis flosculo brevioribus.

Chamæmelum pumilum, foliis angustis pinnatis. *Burm. afr.* 174. t. 63. f. 2.

Planta & Folia Chamomillæ simillima, Floris structura Arctotidis est.

86. ARCTOTIS *dentata* foliis pinnatis: pinnis villosis pinnatifido-dentatis.

- Chrysanthemum* foliorum pinnis brevissimis dentatis. *Burm.*
asfr. 175. t. 64.
Caulis ramosus. *Folia* alterna, linearia, rigidiuscula, pinnata, sub-
 villosa: pinnis recurvis, antice pinnatifidodentatis, brevibus.
Pedunculi longi, uniflori. *Flores* parvi; radio sterili subtus
 violaceo.
87. **ERIOCEPHALUS** *racemosus* foliis linearibus indivisis.
Abrothanium africanum, foliis argenteis angustis, floribus spica-
 tis. *Raj. suppl.* 233.
Statura & facies Erioceph. africana 1. sed *Folia* omnia indivi-
 sa. *Flores* racemosi pedicellis calyce brevioribus. *Calycis* squa-
 mæ exteriores quatuor, ovatæ, subtomentosæ, a quorum sinu
 demum prodit *Lanugo* mollissima; in medio intra calycem
 interiorem arctioremque flosculi colliguntur. Radium non vidi.
88. **ORCHIS** *burmanniana* bulbis indivisis, nectarii labello multi-
 partito-lineari, folio amplexicauli cordato.
Bulbi testiculati. *Scapus* nudus, spithameus, villosus. *Folium*
 unicum, subradicale, amplexicaule, cordatum, obtusum, pun-
 ctatum. *Spatha* cucullata, brevissima, uniflora. *Germen* hir-
 tum, *spatha* longius. *Corollæ* Petala tria exteriora lanceolata,
 pilosa. Petala duo ensiformia lævia longiora. *Labellum* latum,
 longum, multipartitum in innumeras lacinias lineares. *Cornu*
 posticum rectum, deorsum curvatum, vix germinis longitudine.
89. **ORCHIS** *flexuosa* bulbis indivisis, nectarii labello imbricato,
 petalis occultatis filiformibus, scapo flexuoso.
Folia radicalia, ovata. *Scapus* flexuosus, pedalis: *Foliis* alternis,
 remotis, vaginantibus, lanceolatis, parvis. *Flores* parvi, remoti.
Corolla subpapilionacea: Vexillo & alis incarnato albicantibus.
 Petala alaria 2, filiformia, sub vexillo, ejusdemque longitudine
 (stamina non bene vidi). carinae, labellum ochroleucum punctis
 nigris, latius, imbricato-undulatum.
90. **ORCHIS** *bicornis* bulbis indivisis, corollæ palea bicalcarata, la-
 bello quinquepartito.
Orchis lutea, caule geniculato. *Buxb. cent.* 3. p. 6. t. 6.
Folia radicalia 2, cordata, opposita; *caulina* 3. s. 4, alterna, cucul-
 lata. *Bractææ* lanceolatæ. longitudine spicæ. *Corollæ* galea mo-
 nophylla, fornicata, acuminata, major, labio inferiore annexa;
 postice emittens *cornua* 2 s. calcaria germini incumbentia, nec
 sub-

Subiecta. Petala duo lateralia paulo latiora. Labellum quinquepartitum, lineare: laciniis æqualibus. *Styli* corpus oblongum, incurvum, sub apice lobis 2 rotundatis.

91. ORCHIS *cornuta* bulbis indivisis, corollæ galea unicalcarata, alis patentibus, labello minimo subovato.
Folia scapi multa, alterna, magna, lanceolata, basi vaginantia. *Spica* laxa. *Bractæe* lanceolatæ, flore longiores. *Corollæ* Galea fornicata, oblonga, obtusa, emittens a tergo *Cornu* obtusum, breve, germiini incumbens. Petala 2 lateralia exteriora oblonga, patentia; 2 vero interiora oblonga, galea breviora, apice carnosâ crassiuscula, sub galea fere conniventia.
92. SATYRIUM *cornutum* bulbo indiviso, corolla galea unicalcarata, labello indiviso apice lanceolato.
Folia radicalia aliquot, ovata, parva. *Scapus* filiformis, vaginis 3. f. 4 foliaceis. *Flores* sæpius duo ad apicem scapi. *Petalum superius* breve, acuminatum, postice in calcar ascendens longitudine petali exiens. *Petala interiora* 2, linearia, apice bidentata, subtus lobo notata, sub superiore occultata, ejusdemque longitudinis, genitalia amplexantia. *Petala lateralia* 2 lanceolata, reliquis longiora, patentia. *Labellum* oblongum, apice attenuatum, inter petala lateralia positum.
93. SATYRIUM *capense* bulbis - - -, corollis pedunculatis, labello emarginato utrinque dentato.
Folia radicalia aliquot lineari-lanceolata, substriata, stricta. *Scapus* foliis alternis, amplexicauli-vaginantibus, acuminate, brevioribus. *Racemus* laxis: *Bracteis* lanceolatis, minoribus. *Pedunculi* longitudine florum. *Corolla* 5-petala, subæqualis, lanceolata, præter *Labellum* latius, reliquorum longitudine, apice obtusissimum, emarginatum, utrinque in medio dente obtuso; huic postice *Calcar* brevissimum obtusum.
94. OPHRYS *catholica* bulbis fibrosis, caule folioso, floribus tripetalis: galea ventricosa magna, labello cruciato.
 Orchidi affinis flore luteo. *Buxbaum. cent. 3. p. 12. t. 21.*
Bulbus ex fibris. *Caulis* pedalis. *Folia* tria, alterna, amplexicaulia, lanceolata: Radicalia breviora. *Racemus* 4. f. 5-florus. *Bractæe* longitudine corollæ. *Corollæ* Galea monophylla, ventricosa, magna. Petala 2 lateralia lanceolata, patentia longitudine galeæ. *Labellum* parvum lanceolatum cruciatum, sub galea inflex-laciniis lateralibus patentissimis, ad basin dilatatum utrinque lobo.
95. OPHRYS *circumflexa* bulbis indivisis, corollis tripetalis: alis emarginatis, labello trifido: lateralibus circumflexis,

Orchis barba carens, flore luteo viridi. *Buxb. cent. 3. p. 8. t. 13.*
sed major.

Bulbus subrotundus. *Folia* lanceolata. *Spica* subquinque flora, bracteis
 ventricosis. *Corollæ Galea* valde fornicata, hemisphærica; verti-
 ce mucronata. *Alæ* 2 patentes, bilobæ, lobo superiore majore,
Nectarium labellum erectum, trifidum, intermedia acuta: late-
 ralibus membranaceis, linearibus, recurvato-circumflexis.

96. OPHRYS *caffa* bulbis ---, nectarium labio reniformi latissimo
 emarginato.

Bulbus - - - *Scapus* pedalis, lævis, foliatus. *Folia* 3 f. 4, alterna,
 lanceolata. *Racemus* floribus 3 f. 4, luteis. *Petala* tria, lanceo-
 lata. *Labellum* latissimum, reniforme, emarginatum.

97. ARETHUSA *capensis* radice carnosa, scapo foliato, petalis
 exterioribus longioribus caudatis.

Radix oblonga, carnosa. *Scapus* pedalis, basi hirsutus. *Folia* al-
 terna, tria (supremo florali), amplexicaulia, lanceolata. *Flos*
 terminalis. Petalis tribus exterioribus duplo longioribus, ovato-
 lanceolatis, in caudam desinentibus. Petalum supremum ova-
 le. Petala lateralia duo, cordata, obtusa.

98. MYRICA *trifoliata* foliis ternatis dentatis.

Frutex *Folia* alterna, petiolata, ternata: foliolis sessilibus, lan-
 ceolatis, acuminatis, profunde dentatis, subtus tomentosis. *Fru-*
ctus in racemo (non vero in spica), baccati, scabri.

99. CENTELLA *villosa*

Habitus Dioscoreæ. *Caules* volubiles, villosi, teretes. *Folia* cor-
 data, alterna, petiolata, nervosa, undique pilosa. *Stipulae* 2,
 oblongæ. *Pedunculi* axillares, uniflori, filiformes, pilosi,
Mascul. calyx 4-phyllus, 5-florus. *Stam.* 4. *Femin.* Calyx di-
 phyllus, uniflorus. Petala 4, Styli 2.

100. CENTELLA *glabrata*.

Habitus Hydrocotyles. *Caules* serpentes, læves. *Folia* alterna,
 lato-lanceolata, trinervia, glabra, integerrima, acuta, petiola-
 ta. *Stipulae* lineares, acuminatæ. *Flores* axillares, peduncula-
 ti; affinis *Pluk. phyt. 236. f. 6.* sed diversa.

